

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Jngolstadij XI.Aprilis anni pre=sent[is] vicesimiquarti.
publica disputacione p[er] Sacre theologie. professores,
examniabuntur**

Seehofer, Arsacius

[Augsburg], [1524]

VD16 I 192

Abschnitt

[urn:nbn:de:bsz:31-291005](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-291005)

- 1 **E**uangelica lex a Christo seruatore nostro Aposto-
lis tradita. ab Mose lege multifaria. multisq; pre-
claris dotibus secernitur.
- 2 **N**on mediocri blasphemia et Christum ipsum. et no-
stram religionem afficit. qui inter has nihil discriminis
esse putat.
- 3 **Q**uam sobrie. pie. et caste. de Euangelio Gloriosus ille
Apostolus Paulus sentit. cuius sententia mille horum
sophismatibus preponderat. non enim inquit. euangelium dei
erubesco. virtus quidem dei est. in salutem omni credenti.
Reuolue totum vetus instrumentum. nusquam illud ip-
sum offendes. tantis preconij decantatum.
- 4 **A**tq; alibi non sui dissimilis apostolus ait. notum vobis
facio fratres. Euangelium quod euangelicani vobis quod et ac-
cepistis in quo et statis. per quod saluamini. nisi hec quis-
piam legi factorum tribuere audebit?
- 5 **R**egione Mose lex infirma erat. et imperfecta. nemi-
nem iustificans. onus dicta. umbra futuro. nisi. ultis id co-
stat diuini Pauli locis.
- 6 **A**postoli verba. ex operibus legis non iustificabitur omnis
caro. ad veterem legem potissimum. non nouam referenda sunt.
- 7 **B**reuisissima differentia legis et euangelij. ait aurelius
Augustinus. timor et amor. in illa dicitur. oculum pro oculo.
dentem pro dente. in ista diligite inimicos vestros. be-
ne facite his qui vos persequuntur. et qui proximum dili-
git legem adimpleuit.
- 8 **L**egi factorum seruitus merat maxima. euangelium vero
libertatis lex est. in libertate si quidem vocauit nos deus. quam
euangelio saluatorisq; nostro debemus. non timori terrifico.
- 9 **M**ose lex pedagogus erat. Christum futurum denuntians
Euangelium vero verbum carne induisse palam prodidit. de
cuius plenitudine nos omnes accepimus. gratiam pro gratia.
- 10 **E**t illa quidem vnigeniti Iudeorum. pro tempore data est.

43
vel Moser referente qz alia gens inquit sic inclita vt habe
at Ceremonias. Iudicia. et vniuersam legem Euange-
lium porro toti hominum vniuersitati in omnib⁹ linguis
et nationibus promulgatum est.

¶ Paul⁹ gentium doctor. 2. Cor. 3. Euangelium legi Mo- 11
si confert. qd nemo qui expenderit. nisi totus delirus. cocu-
riens atqz amens insiciari potest. doctorib⁹ sanctis vtra
qz manu suffragantibus.

¶ Lex vetus. litera occidens. Euangelica vero spūs vi- 12
uificās. ab apostolo apposite dicitur. qd ex apostoli vbi
ac receptis doctorib⁹. liquido probabimus. contra blatero-
nem. qui Paulum nō nisi grāmatice interpretari nouit.

¶ Non negamus tū deum spiritum dici. est et hypostasis 13
diuina spūs. Angelus etiam siue bonus siue malus spūs
est. p. gerea animus hominis et ventus corporeus. et p. gter
hec onia euangelicum probe spiritum dici censemus.

¶ Eadem litera occidens. apostoli auctoritate admini- 14
stratio mortis in literis. deformata in saxis. que euacu-
atur haud si ne ratione perhibetur.

¶ Contra euangelium ad ministratio spūs definitur. qd 15
nunquam euacuabitur Joāne in Apoclipfi apertis ver-
bis afferente. Vidi ait angelū habentē euangelium eternū.

¶ Litera legis ministratio erat damnationis eregione 16
euangelium ministeriū iustitie dicitur. neqz vlla comperatio
est legis. que euacuatur. ad euangelium qd perpetuo ma-
net. propter excellentē euangelice legis gloriam.

¶ Et si eadem sit veteris et noue legis veritas. alio tū mo- 17
do illic et hic sese ostendit. illic quidē velamen positū erat
in facie Mosi. vt filij Israel nequirent intendere in faciē
eius hic vero de recta veritas. conspicua credentibus effi-
ciunt. nam reuelata facie gloriam dei contemplamur.

Soli Deo Gloria.

§ iij